

Comm. et homines Uenec. ex una parte (1) et Pot. Capit. Comm. et homines Civit. Bon. et districtus ex altera de omnibus guerris ac discordiis que vertebantur (2) vel sunt inter ipsa Communia qualia cumque de causa et ad obligandum bona Comm. Ueneciarum. Dantes eidem Sindico et procuratori plenum liberum et generale mandatum et administrationem inquirendi tractandi faciendi componendi ordinandi et firmandi super pace concordia et treugua predicta facienda inter predictos dominum Ducem Comm. et homines Uenec. et dictos Pot. Capit. Comm. et homines Bon. et etiam promittendi penam et generaliter in omnibus et singulis que in predictis et circa predicta et quelibet predictorum necessaria et utilia videbuntur. Promittentes nomine et vice tocius Comm. Uenec. se et ipsum Comm. firmum et ratum habituros quicquid per dictum Sindicum et procuratorem factum fuerit in predictis et circa predicta et quelibet predictorum sub hypotheca et obligatione omnium bonorum Comm. Venec. Acta sunt hec Ueneciis in Ducali Palatio. Presentibus discretis viris Stephano Bertano Plebano Sancti Samuelis. Conrado Cancellario Uenec. Marino Portulo (3) Clerico Sancti Uiti. Trivisio (4) et Paulo not. dicti d. Ducis testibus ad hoc rogatis. Et ego Rustighinus Benintendi Imp. ac etiam Papali auct. not. publicus infrascripta (5) omnia de mandato dicti d. Ducis et minoris et maioris Consilii publice scripsi. Remissis omnibus dampnis et offensis et iniuriis quocumque modo datis et factis a Comm. Bon. seu a singulari persona vel singularibus personis de Bon. et districtu Bon. Comm. Uenec. seu singulari persone vel singularibus personis de Uenecia et districtu tam de pecunia accepta alicui singulari persone de Ueneciis pro Comm. Bon. vel eorum debitoribus de Civit. Bon. vel de aliis quocumque modo occasione istius guerre factis ita quod hac occasione ullo unquam tempore per presentem d.

(1) *Et homines Uenec. et districtus ex una parte.*

(2) Ha il MSS. nostro que vertuntur.

(3) Il Cod. ven. ha *Marino Pentolo.*

(4) Nel nostro leggesi: *Tervizio.*

(5) Meglio si ha nel nostro MSS. *supra-*

*scripta omnia.*